



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXXXIII. Quid sunt Claues regni cœlorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

vere resipiscunt, damnationem sibi edunt & bunt^e.

^a b e i. Cor. 11. 28. 1. Cor. 11. 26. d 1. Cor. 11. 23. e i. Cor. 11. 29.

QVÆSTIO LXXXII.

Sunt illi etiam ad hanc Cœnam admittendi, qui confessione & vitâ se infideles & impios esse declarant?

† fœdus

RESP. Nequaquam^a. Nam eo pacto † Sacramentum Dei profanatur^b, & ira Dei in vniuersum Cœtum concitatur^c. Quocirca Ecclesia, ex præscripto Christi & Apostolorum^d, hos, clauibus regni cœlorum vtens, e, à cœna arcere debet^f, quoad resipuerint & mores mutauerint^g.

^a Mat. 7. 6. ^b Psal. 50. 16. e i. Cor. 11. 30. d Mat. 18. 15. 16. 17. Tit. 3. 10. 1. Thes. 3. 6. 14. 15. ^e Mat. 16. 19. 1. Cor. 5. 11. g 2. Cor. 2. 6.

DOMINICA XXXI.

QVÆSTIO LXXXIII.

Quid sunt Clauis regni cœlorum?

RESP. Minime Prædicatio Euangelij, sed Sacramentalis absolutio, & Ecclesiastica disciplina^a; quibus cœlum credentibus aperitur, infidelibus autem clauditur^b.

^a Mat. 16. 19. Mat. 18. 18. Ioh. 20. 22. 23. 2. Cor. 10. 4. 5. 6. b Ibidem.

^a Mat. 16. 19. Tibi dabo clauis regni cœlorum. Mat. 18. 18. Quaecunque alligaueritis super terram. Ioh. 20. 22. 23. Insufflauit, & dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorum &c. 2. Cor. 10. 4. 5. 6. Arma militiæ nostræ nō carnalia sunt, sed potentia Deo ad destinationem, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi: Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia b Idem.

^a RESP. Logi! Nil docent hæc propositum, quod Clauis eæ sint Prædicatio, Vide Bellarminum.

QVÆSTIO LXXXIV.

Quo pacto clauditur & aperitur regnum cœlorum † Absolutione Sacramentali?

† Prædicatione Euangelij?

RESP. Cum ex mandato Christi, credentibus vniuersis & singulis^a, publicè annunciatur, omnia peccata ipsis diuinitus propter meritum Christi in Sacramento penitentiæ seu Confessionis auricularis condonari^b, quoties promissionem Euangelij vera fide † per Confessionem, Absolutionem & Contritionem sibi curant applicari.

† amplectuntur e.

Contra verò omnibus infidelibus & hypocritis^d denurciatur, tantisper ipsis iram Dei & æternam condemnationem incumbere^e, dum in suis sceleribus perseuerant^f in expiati, seu voluntarie non penitendo, seu peccatis eorum ab Sacerdote retentis.

Secundum quod Euangelij testimonium Deus tam in præfenti quàm in futura vita iudicaturus est^g.

§ 3 a Mar.